

In quibus effectus nominis omnis abest
Non ita Brunellus capiet sibi nomen honoris
Nec sinet imponi monstrua membra sibi
Dinus ab obsequio v'l lingua preambula voti
Aut immunda manus non maculabit eum
Non erit intrusus cum fido Simone fedus
Non paciscetur. premia nulla dabit
Sed neq; promittet. qz nunq; cauteriatam
Mentem sed sanam presulis esse decet
Non prece nec precio sed nec terrore potentum
Brunello veniet pontificale decus
Ingrediar simplex et sana mente. sin autem
Presul in eternum non ero crede mihi
Ordine legitimo gradiar. cleroq; vocante
Ingrediar ne quis me reprobare queat
Ne postq; fuero tanto donatus honore
Dicere quis posset improperando mihi
Sic ascendisti sic es promotus et a me
Sic es ingressus pastor ouile tuum
Ut presul fieres pepigisti talia nobis
Illius esto memor cur facis hec vel ita

Brunellus Enumerat
quid Pontificem deceat.